

debet tanquam ad ordinem superiorem erectum; videlicet ad Sacramentum dignitatem, ut significet non solum Jesu Christi unionem cum Ecclesia...

Circa Apolos... Sacramentum.

Magnam est, si confertur cum veterum Patriarcharum conjugio, qui in figura tantum habebant, quod nobis re ipsa est. Magnam est, si confertur cum conjugio status innocentie, ubi non aliud erat, quam civilis contractus, peccativus, quae hinc tribuitur...

Deus gratias... servandam.

Fides in matrimonio prima est obligatio, ac primum eorum officium, qui hunc statum amplecti sunt, eaque inviolabilis esse debet, quae imago est fidei...

De minist... servandam.

Philosophus lib. 8. Eth. c. 13. nullam novit amicitiam magis legitimam, quam viri erga uxorem suam; reliquis hanc loco concedere affirmat.

Conjuges... tenentur.

Satis est animam advertere ad conjugii fines, ut faciant uxorem a viro, virum ab uxore foras vivere non possit. Conjugium institutum est, ut legitimi generentur filii, ac praedestinatorum numerus replatur...

bunt auxilium? ad quid haec proderit cognatio? etc. Et sane tanta est haec obligatio, ut quavis religio status sit conjugio preferendus, quia majori est merito...

Credidit semper Ecclesia tanquam certissimum, ac in dubium minime revocandam veritatem, conjugium esse Sacramentum, idque illa credidit innixa auctoritati Apostoli dicens: Sacramentum hoc magnum est...

Qui ut Christiani, non autem Ethnici, conjugium intra volunt, Jesu Christi opem debent implorare, & nihil aggredi sine motu gratiae suae, atque ad obtinendas omnes benedictiones eo in statu, ubi salutem consequantur, intelligunt coniubium esse figuram adorabilis unionis aeternae Verbi cum humana natura...

Maxime refert considerare matrimonium naturam, quod constitutivis vincula inicit nonnulli, alterutrum morte infringenda; ita ut quomodocumque hoc Sacramentum iterari non possit, donec, qui eodem conjuncti sunt, in hoc mundo vivunt; ita gratia perpetuo huic statui inhærens, si recepta non fuerit, vel semel fuerit amissa, nonnulli post futuram sanctamque penitentiam possit reparari.

Sacramentum hoc a Jesu Christo institutum est, non solum quod cum re vera non fuerit primus unionis conjugalis auctor, novam quomodocumque illi praeiit institutionem illud in lege sua approbans, atque ad primum, a quo exciderat, revocans institutum; verum etiam quod unum esse voluit esse septem Evangelice legis Sacramentis, & quod illi non solum a illi, suam gratiam addidit, quomodocumque Patres docent, & Concilia, Tridentinum vero praesertim.

Verum est, matrimonium in prima institutione, quae in statu innocentiae facta fuit, non aliud habuisse finem, quam humanae speciei multiplicationem; sed post peccatum, a necessitate perturbationem, voluit Deus illud esse consummationis remedium; & quomodocumque remedium hoc finis fuisse institutum contra malum ejus magnitudinem, illi Sacramentum novae legis gratiam Jesu Christus adiecit. Verum humiliter sane de hoc Sacramento sentitur, qui crederet ideo fuisse institutum, ut inordinati affectus, veluti rationem consideraret, qui illud esse putaret veluti rationem quandam suam explendi cupiditatem, non autem veluti mysterium, cui Deus suam addidit gratiam, ut in his, qui sanctus conjugium inirent, facerent amorem exprimeret, quo Jesu Christus suam dixit Ecclesiam. Constat quippe, quomodocumque fidelium conjugium representat Jesu Christi unionem cum Ecclesia, ita opus esset, ut eorum amor illi sese conferret dilectioni, qua Salvator suam ipsam professus est; quae est Sancti Pauli sententia ad Ephesios foris: Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus Ecclesiam. Verum quomodocumque Salvator Ecclesiam dilexit? Hoc diffi-

Matrimonium... Sacramentum.

Voluntates... junguntur.

De hinc Sacramentum... gra.

Matrimonium... I. C. institutum.

De matrimonio... institutione.

dificimus ex eodem Apostolo, ubi ait, ideo illam amasse, ut eam sanctificaret, & coram Patre suo mundam, sine labe, & macula efficeret. Ita ergo viris diligendae sunt uxores, & uxoris viri; ut ultra, citroque se ipsos sanctificent sese intra pudici amoris terminos continent.

PARAGRAPHUS VI.

Loci delicti ex Affectu, ac reverbis Concensionibus hujus Argumenti.

Conjugium vocari potest hominum seminarium, unde quotidie novae exsistant plantae, quae in earum locum substituantur, quae longa annorum serie effatae sunt. Haec mytica est Metempsychosis, sed longe gloriosior, hominibusque utilior ea, quam Philosophi quidam commenti sunt, qui homines ex brutis, & ex hominibus bruta renasci docebant. Conjugium efficit, ut homines quomodocumque sint immortales; ut pater mortem subeat, quin moriatur, quia renascitur in filio, ac posteris suis: hic vita fons est, semper fluens, & qui nunquam exhauritur. Mors gurgis est, quo homines omnes contendant, non secus ac in mare fluvii; sed quia fons hic non exhauritur profusius, qui moriatur, plures saepe renascuntur. Profecto sine conjugio, mors, quae nemini parcat, non multo indigeret tempore, ut urbes omnes, atque provincias deleteret; nulla enim re vi illius resistere, unius saeculi, vel minus etiam sufficeret intervallum ad hoc, ut omnes homines esserentur. At Deus, qui non patitur opus suum perire, antequam electorum numerus replatur, coniubii patrem seipsum constituit, quomodocumque primus fuit ejusdem institutor; eadem cura, qua mundum tustat, efficit, ut alteram hanc ille suscipiat asinitatem, quae contrahatur, & quae unica est mundi servandi ratio. Haec est causa propter quam mundus quotidie magis incolis replatur, urbes frequentiores fiunt, & reges florentiores. Ultra magis hujus operis tendit, & conversandi? Moris tela cadunt, ac nihil proficiat, quia conjurii fecunditas omnia illius vicerat eludit; & hoc pacto adimpletur magnum Dei consilium, qui eorum replere desiderat. Magnum Dei voco consilium; quia finis est ceterorum, & cetera huc tanquam linea tendant in centrum. Magnus hic finis obtineri non poterat sine conjugio eo in ordine, quousque Deus ipse constituit; ideoque ab ipsis mundi primordiis conjugii ejusdem auctor esse voluit, & instituit. Familia Sancta Patris Cordier Tomo tertio cap. 19.

Conjugii... Matrimonium.

Sine conjugio... nihil in terra...

primam, atque solidissimam, quae in terris esset unquam futura, & ex illa tanquam ex fonte rivulus, amicitias reliquas originem habere debere; & quamquam parentum erga filios amor maximus futurus esset, nihilominus amorem inter virum, & uxorem primum obtinere locum debere, tanquam primigenium; & factum, qui circa aliquam sacrilegii speciem violari non potest. Addidit, quod quidem ipsi viri, quae eodem spiritu repleverat, velle eam, ut eandem haberent carnem, omnia negotia communia. Ad haec antequam etiam illum conjugii sui fructum viderent, Deus illis patrium amorem, omnemque inspiraverat qualitates, quae ad bonam sanctamque filiorum educationem sunt necessariae. Quomodocumque verum non filium erant futuri totius posteritatis parentes, verum etiam magistri, atque doctores, mentem eorum illi replevit cognitionibus, quae ipsis ad familiam regendam auxilio esse poterant; non solum ut illi esse probe tenerent, verum etiam ut sattem aliis traderent. Idem.

Haud injuria vulgo dicitur tanquam veritas omnibus recepta feculit bona, & felicia conjugia in terris quidem contrahi, atque adimpleri, sed in caelis disponi; etenim quomodocumque unum Deum non perfecte cognoscit, ita ille unus potest parem nobis jungere conjugium, quicum pacem servare, tranquillamque vitam frui possimus, & facilius salutem nostram operari. Idcirco illi qui adhuc liberi sunt, ac per statum conjugio pares, nonendi sunt, ne quid inconstitutum Dominum hac in re aggredi audeant; in hac enim potissimum ab eo pendere debemus, ejusque voluntatem desideriorum nostrorum normam efficere. Cum in Christiana Religione duo status sint, alter quidem continentiae, alter conjugii, si alteruter a nobis cum utilitate eligendus est, nihil conari opus est inexploratae nuntius voluntate, nihilque aggredi, nisi prius ejus lumina imploraverimus. Si arbitramur, filium officio suo desisse, dum inconstitutum patre uxorem ducere meditatur, & si pater hanc ob rem adeo exardescit, ut illum exhiberet, omnemque successum in bona sua spem illi auferat; credine potest, Deus, qui tantum hominibus confert honorem, ut eos filios vocare non dedignetur, non succenturus, si in tanti momenti negotio quid aggrediatur, antequam ejus voluntatem exquiras? Meritum cogitari potest post adeo explicitum divinae bonitatis contemptum, illum nequaquam ablaturum gratias suas, suaeque benedictiones minime denegaturum? Vis conjugii statum amplecti? at quis tibi vires praebet ad omnes illius curas sustentendas, & opera ferenda, nisi te Deus in hoc statu esse jussit? Idem como primo.

Antequam... confidens.

Cum Dei afflatu, vel ministrorum ejus consilio, aut eorum, qui in te aliquam obtinet auctoritatem, consilium inire ducendi uxorem, a Deo praestolare conjugem, quae tibi utilis futura sit: videlicet, crede, Providentiam hanc, qua reguntur omnia, obturam tibi personam eam, quae a te fit eligenda. Hos non adhaeret Sapiens, cum asserit Prov. 19. bonam, prudentemque uxorem Dei minus esse, ac unice a Deo proficisci; Domus, & divitiis dantur a parentibus, a Domino autem proprie uxor prudens. Cum praedestinationem quaedam causa sit, cohabitare cum ea, quae nobis, quod bonum est suadet, nosque ad illud inducat, credendum est, hanc eandem Providentiam, quae super electos vigilat, ita quaecumque ad eos spectant disponere, ut tandem ad eum perveniant finem, cui illos destinat per vias, quas ipse illis aperuit, & per quas illos deduxit. Idem.

A Dei mandato... expectant.

Conjugium primum est vitae communis vinculum, fundamentum, primum totius humani commercii praesidium, cognitionum omnium principium. Hoc familiaritas efficit; familiaritas civitates, civitates regna. Omnes homines illud inveni debent veluti petram, unde excisi sunt. Attendite ad petram, unde excisi estis. Ista 51. Contractus est eadem cum orbe terrarum jactans primordia, neque alium praeter Deum habens auctorem. Cnoscit haereticorum omnium turpissimi, illud tanquam malum, ac detestabile, rejecerunt; sed cum in G. n. videamus Deum conjugii institutorem, & in Evangelio Jesum Christum nuptiali conjugio interesse non dedignantem; detestari debemus infames haereticos, a quibus improbatum. Neque enim propter castitatis honorem, ac reverentiam ita loquebantur, sed propter libidinosissimam licentiam, quae tot illis permittebat uxores, quot possent abiri. Quod si fuisse Apostolus, ut continentia servetur, non ideo tamen improbat conjugium, quod nonnulli ab illis damnari potest, qui de divinis operibus sentiant injuncte; verum docet, neminem ad conjugalem statum teneri, cumque non sine merito relinquere possit, ut status perfectior eligatur. Idem.

Deus voluit... instituit.

Idem.

Stanim ac muliereducta fuit ex primi hominis latere, Deus utrumque simul in matrimonio conjunxit, ac obulit Evam Ade, ut hoc efficeret conjugium, & ore proprio utique conjugales leges, & officia declararet. Significavit illis, eorum amicitiam esse debere

Henry Bibl. Tom. III.

Quamvis natura, humanisque legibus, conjugia in-

diffidit esse non docerentur, solum Jesu Christi

praeceptum in Evangelio irrogatum ad omnem auferendam

dubitationem sufficere possit: ita ut matrimonium

frangi nequeat, quod Iesu Christus cum Ecclesia constituit, cui

se non ad tempus, sed in aeternum coniunxit. Hac

quam in conjugio: & sane quoniam erax esset viro de

uxore diffidere, cui non minima negotiorum, bono-

rumque suorum cura committenda est? Nonne est cum

domestico inimico vitam ducere, cohabitare cum fo-

mina, jugiterque de mala eisdem die dubitare? Non-

ne hoc idem est ac sibiipsum non fidere, ac se suis

armis confidere? &c. Idem.

Concordia, S. Joannes Chrysostomus inquit, omnes

efficit conjugi divitiis simul atque delitiis; haec enim,

Pater idem ait, vera sunt bona, si vir cum uxore

Conjugium est indissolubile.

De conjugii Edilitate.

Quam grave, & infame illud sit peccatum, quo conjugalis fides violatur.

Mortis conjugum Amor.

Annulus, qui sponsa tribuitur amoris mutui symposium.

Inter conjuges mutua esse debet confidentia.

Conjugium concordia.

Ut conjugium sit felix conjugum requiritur similitudo.

Indecus enim est, ut in conjugio sit inaequalitas.

Discordia, & invidia, quae ex conjugum inaequalitate oriuntur.

De illa, qui non solum in conjugio, sed in matrimonio, alieno detrahit patrimonio, ut deinde illas nobiliorum viro dignas efficiat post mortem viri senio confecti, quam in singula momenta praestolantur, eas senibus tradunt, qui sunt potius cadavera jamjam essentia, quam homines in posteritatem sua studentes revivificare hoc pacto in juvenibus hinc victimis patris, materneque ambitionis, & cupiditatis instaurantes crudele illius tyranni supplicium, qui mortuis vivencia necesse corpora, ut horum cruciatibus diutius essent, & gravior. Quid enim est puella aetatis flore gaudens con-

juncta viro, qui senio confectus est; quis avaritia? & ambitio indissolubili vinculo confociatur, & quibus

Dens in penam nunquam elargitur benedictionem, & gratiam sese vicissim amandi? Quid, inquam, est hoc conjugium? nisi corpus vivens mortuo corporal-

ligatum? Quid duo isti conjuges, qui inevitabili necessitate sese singulis momentis, eandemque ad men-

tas videre debent, & quibus aetatum, atque idcirco studiorum, affectuumque disparitas necessitatem indi-

cit, sese mutuis odiis persequendi, sibi que vicissim mortem imprecandi, & fortasse etiam procurandi? Au-

tem ut tot mala, que frequentissime in conjugis accident, in quibus Dei voluntas explorata non fuit.

Udenam tot mala, que frequentissime in conjugis videntur? Non alia profecto causa inquirenda est, nisi quod antequam satus hic suscipiatur, Dei voluntas si quod exploratur, neque consultur oraculum istud, si non quo aliud quodvis consilium nonnisi fatale esse po-

ne quo aliud periculosum. Et sane udenam proficisci putest, ac periculosum. Et sane udenam hanc zelotypiam, has injurias, infidelitates, divortia, bonorum dissipations, maloque negotiorum eventus, qui integras perdunt familias? Hae tot malorum origo est, quia pleaque conjugia inexplorata nunquam voluntate sunt, quia cum ducitur uxor, eam tantum libido, vel avaritia consulitur, quae ab invitae etiam extorquet consentium; vel oculi consuluntur; qui se decepti stant illecebris objecti, quod nihil intentatum reliquit, ut eos falleret, vel mortalius dolis, qui nihil reliquum fecerunt, ut nobis facerent suam. Quia plerique filii post adolescentiam in omni libidinis genere anteaquam parentibus eam, quam debent detrectantes reverentiam, illis invitae, ac repugnantibus, vel saltem eorum consentium non expectato ducunt uxorem, quia parentum ipsi suam potius utilitatem, inanemque consulentes cupiditatem, quam rationem, & Dei gloriam spectantes minus diligenter inquirunt, utrum illi, quibus in matrimonium confociare student filios suos, probitate, aut virtute sint praediti, quam utrum magnis fulgeant honoribus, ac opes, agroque possideant. Idem.

Verum est, conjugium in prima institutione sua, ut in innocente statu praeserta est, non alium habuisset finem, quam hominum multiplicationem; sed post peccatum, affectuumque turbationem voluit Deus, illud esse concupiscentiae remedium; qui, quia nimis infirmum, contra tantum hoc malum fuisse, ut efficacius existeret, gratiam Sacramenti novae legis Jesu Christus adiecit. Verum humiliter sane de illo senti-

Mala, quae in conjugis in quibus Dei voluntas explorata non fuit.

Principes si enim sunt, quae conjugum infirmum est.

Discrimen inter Christianorum & infidelium conjugia.

Matrimonium sanctum est, & pro laico habendum.

Mala conjugii sepe ex illis proveniunt qui contra parentum voluntatem ducunt uxorem ex libidine explent.

In uxorem suam cupiditatem objecta, patet, conjugia eorum semper mala futura. Et profecto, si quos vel quis depercutit, non ducunt, primus amor invictus est obex amoris, & concordia, quam habere deberent vel cum uxoris, quas ducunt, vel cum viris, quibus nubunt; sin autem ducunt, ignis qui re adhuc integra adeo flagrans, & ardens videbatur, & qui libidinis tantum imagine excitatus, vel impedito irritatus erat, tepescit: atque extinguitur statim ac illi satisfactum est, ac nullus reliquus est obex, qui superetur. Abbas de Manorel sermo jam meo.

Conjugii dignitas, & sanctitas.

Fatum est Deum insignem hominibus contulisse gratiam, ubi voluit institere Sacramentum, ut inter illos firmaret conjugia, que ad supernaturalem ordinem exultit, & quorum illi ipsi ministri sunt. Non minimum paratibus honorem impertit Deus, cum illos eligit, ut in Ecclesia filios educant, qui Sancti fieri possint in celo; ita ut conjugium Jesu Christi institutione consecratum non sit criminis aliquis contractus, quem Hæretici quidam crediderunt, neque societas mere civilis, qualis apud Ethnicos erat; immo neque simplex religionis caeremonia, ut in lege veteri, sed magnum Sacramentum, quod representat augustissimum fidei nostræ mysterium in unione Jesu Christi cum Ecclesia. Hæc autem conjugii sanctitas principium est munerum, & officiorum; que imponit, quorum præcipuum est, hunc statum ob christianas rationes amplecti, in quibus caro, & sanguis nullam partem obtineant. Quo magis animalis homo conatur unionis hujus puritatem corrumpere, eo magis ab homine spirituali sanctificari, atque liberari debet; etenim quemadmodum præstantissima quæque sunt deterrima, ubi corrumpuntur, ita sepe ea que in labem, vitiumque magis vergunt, fieri possunt perfectissima, ubi per gratiam expiuntur. Epistola de sermone pro secunda post Epiphaniam Dominica.

Conjugium ipsum est mactatum, & non est mactatum.

Inter conjugii penes, quid gravius hac servitute, que nominis cum vita finem est habitura? Conjugium enim vere servitute est. S. Ambrosius inquit, eandem ob causam, qua est Sacramentum in indissolubili nexu consistens. Si Dei Filium matrimonium in ordine nature reliquisset, ad summum contractus esset civilis qui frangi posset in occasione, que id exquirent. Docent historici prophani divortium apud veteres licuisse; & in veteri etiam lege non deerat quedam legitima causa, propter quas vir uxori libellum repudiare poterat. Sed in Jesu Christi Ecclesia postquam Deus conjugio tradidit virtutem representandi unionem corporis sui cum Verbi persona; hoc sacramentale vinculum æque indissolubile est, ac unio, quam representat. Ita Sacer hic nodus, qui irrevocabili nodo alteri persona non alligat, vere servitute est. Idcirco Apostoli loqui audientes Salvatorem de conjugii vinculo tanta vi disputantem dixerunt illi; hæc igitur si vera sunt, non expedit uxorem ducere. Hoc non omnes norant, Dei Filius respondit, & beati sunt, qui continentia legem sibi irrogant, ut caelum intrent. Hæc ille pacto loquebatur, sciebas enim conjugium per se nullum molestem jugum futurum, cuius pondere premeretur. Namque conjugalis societas inanis propemodum penis conjuncta est, que perseverare quidem sunt, sed quas in sanctum usum transferre paucissimi sciunt, quia non satis habent patientiam, atque religionem. Idem.

Conjugii officium.

Quin memorem maxime hanc vim molestiarum curarum, quibus hominum vita præcipua est, & que in matrimonio magis arguitur, attendenda solum est varietas temperamentorum, que in duabus occurrit penis, & quæ invicem sunt conjugali vinculo adstrictæ; viri prædantis, atque sapientis cum muliere vana, & mandata; mulieris modestæ, ac frugi cum viri intemperante, ac furioso. Quot uxores male habitæ, vel contemptæ genuit, ac tribulationibus pane vesuntur, quem lacryis miscent, quotiescumque conjugium suorum flagitia, quorum cursum inhibere non possunt, intuentur?

De conjugii officio.

Quid dicam de officio, omnino conjugali statui intertentibus, & viro æque, ac uxori communitibus, quales est alterius vicium, immo etiam florum, ac domesticorum salutem operandi? Etenim, o mulier, rationem redditorum æsanime viri tui, florum, atque domesticorum tuorum. Ideo vitam vivere debes frugi, cum omnium virtutum exemplo, & qualis christianam decet mulierem; illos erudire debes, illos corrigere, illis invigilare. Alter alterius curas lenire deberis, alter alterum ferre, filios alere, educere, florum defectus, & vitia corrigere, interitum florum veteri, eorumque saluti cooperari. Hæc quidem vestra sunt munera, & onera non levia, pro quibus sepe cele-

stem opem implorare debetis. P. de la Colomiere in Christianis Considerationibus.

Cum matrimonium sit societas a Deo viram inter, uxoremque ordinata, ejus perfectio in amore consistit, qui illos indissolubili ratione connectit. Amore hic factus erit, si illius principium, finis, & causa fuerint supernaturales, si se mutuo dilexerint, quemadmodum præcipit Deus. Si secundum S. Pauli ad Ephes. 5. doctrinam meminerint, matrimonium Sacramentum esse, quod Jesu Christi unione cum Ecclesia representat, si unionem illam tanquam sui iniciat fuerint exemplari; si vir uxorem dilexerit, ut Jesus Christus Ecclesiam, ita ut pro illa mortem subierit; si uxor viro suo ita subdita fuerit, ut divino sponso Ecclesia; si mutuos amor utrumque ad Dei amorem, ac servitutem accenderit. *Autior Anonymus.*

Miranter mortales, ut plurimum inter conjuges parum amicitia, & concordia inveniunt; ac equidem factor, mihi hæc de re nunquam inaccessibile admirationem. Quomodo enim matrimonia fiunt, & quo intuitu conjugia instituntur? Alia quidem per avaritiam; adolescens ille locuples est? plures eidem speranda sunt hereditates? dignitatem aliquam obtinet? In mundo effulgere potest? Hæc ea sunt, que queruntur; non virtus, nec persona viri, sed illius fortuna spectatur; atque inde fit quod ubi duxit uxorem, mutata fortuna, mutatur amor. Nonnisi propter opes anabaris, nisi tantum divitiarum possides, quantum putatur, vel nisi tantum suggeris in aleam, luxum, alioque ambitio conjugis sumptus, quantum illa requirit, jam nullus amor est; sed lites tantum, indignationes, probra; & fortasse alibi sibi quæret amicum, qui hæc omnia illi abunde suppeditet. Vos autem, mulieres, vosmetbeatas existimabitis cum hoc viro, qui tot blanda verba vobis proferebat, qui testabatur, se pro vobis totum sanguinem suum effusurum, sed vos ille fallit. Pecuniam amat vestram; ubi bonorum vestrorum partem obligaverit, vos contemnet, ac irredibit. Alia conjugia ex causa libidine oriuntur. Puella illecebris suis, afflictationibus, blanditiis, lenociniis, ac meditatiis artibus, quas pro se ipsi melius nosse, adolescentem tunc perperat. Quævis non eorum nata sit loco, quamquam confanguinea, & amici illi æger ferat, illam habere cupit; sed illius amat illecebras, non personam; hæc lenocinia, hæc suavitas brevi transibunt, Nondum abolutum erat convivium, cum in nuptiis Nana vinum deciderit. Vix illis nuptiis, o puella, cum in sexcentas erumpent injurias, & contumelias; alius quidem errorem suum, alius suam festivitatem calamitatem, alius mercedem conficietur, alium uret zelotypia. *Jely pro secunda post Epiphaniam Dominica.*

Inter ea, que in connubiis necessaria sunt, non extremum locum obtinet christiana patientia, & mutua indulgentia. Fieri non potest, ne lis aliqua inter virum, uxoremque fabricetur; nisi utriusque plurimum insit moderatio, & lenitas, nunquam inter eos pas erit. Hæc sunt diffidentia femina, S. Gregorius inquit, que demon salutis inimicus ad eos perducendo ferit. Nonnumquam utitur ille inconstantia, ambitio, impatience; impetu, pertinacia, superbia mulieris, ut virum torquet, quemadmodum usus est lingua, probris, & imprecationibus uxoris Job, ut hujus malis insularet. Nonnumquam utitur imperio, feroci, moroso, inquieto, invidioso, iracundo viri alio cuius ingenio, ut exerceat uxorem. Violentus homo est, qui ad minimum verbum exardescit, qui suspiciosus est, qui, si quid non credit ex sententia, vel aliquam jacturam patitur in obvium quodlibet iracundus, dolorisque sui deprimat effectus. Quid in hujusmodi occasione faciendum est? Manifestandum, ac indulgentia vicissim utendum est; neque dicendum, quod sepe auditur; deterior ergo conditio mea est, quam servi, quandoquidem pati debeo pravum mulieris, que mihi obtemperare debet, ingenium; neque illud, ergo serva ipsa sum calamitiosior, cum debeam ferre malum viri temperantem, qui me deberet amare. *Idem.*

Quemadmodum ea ratio proflua prophana, atque ab omni Dei consilio proflua abhorrens, qua conjugia fiunt, aliudque mala, que sibi videntur, sunt fanestissima, eorum malorum causa, que totam Ecclesiam faciem miserime sedant, ad primigeniis pulchritudinis illius formam exprimentem factus esse omnes conjugis abusum reformare, ac illud ad eam revocare paritatem, quam in ipsa habuit institutione. Sed donec avaritia, ambitio, voluptas, vel fors erunt nuptiarum pronuba; donec in tanti momenti negotio Deus neque contulerit, neque invocaverit; donec qui statum hunc amplecti volunt, inquirant dumtaxat uxoris deum, qui ullam rationem habeant generis, virtutis, institutio-

Mutuos copulatum amicit.

Conjugii, que necesse amicitia & mutua est, que in conjugio necessaria sunt.

Patientia & mutua indulgentia in matrimonio est necessaria.

Mala conjugia sunt causa malorum, que in Christiana religione videntur.

tutionis ejusdem, & puelle parentes illam nuptui traditur, non aliud spectabant, quam bona, dignitatem, officium adolescentis, quin illud inquirant, utrum sit sapiens, atque virtute præditus; donec fides conjugalis negligatur; atque ac contemnetur unio, quam adeo arcta astringit querit; donec nulla erit cura filios ad eam hereditatem educandi, sperandum non est futurum ut vetus christiani puritas reforescat, eaque desinat mala, que jampridem Ecclesiam deformant, simulque sunt causa malorum omnium; que late quolibet in statu grassantur. *La Font, d'Alfonsus pro altera post Epiphaniam Dominica.*

Si maximi momenti ad salutem est nullam ingredi statum, nisi a Deo fueris vocatus, hæc necessitas tanto magis inevitabilis sit, atque arcta, quo majoribus præditi sunt difficultatibus, ac graviora continent officia status ille, qui suscipitur, ita ut majoribus gratiis ad illa rite obunda te egere cognoas. Doctæ ratio, tunc diligentiores curas esse adhibendas, prolixiores fervidioresque preces fundendas, si minime desint legitima ad statum hunc vocationis indicia. Talis est conjugii conditio, quæcumque ex parte inspicitur pluribus circumquaque scopulis septum est, gravia imponit onera, magna que officia, in quorum multitudine facillimum est ac prætermittere, que magis essentialia sunt, maximeque habeantur momenti. Nonne igitur prudentie interest, S. Chrysostomus ait, nequam fortuito tantum hoc negotium aggredi, neque eum ingredi minime licet, cum sentiel fueris ingressus, quin antea rite perpendaris, utrum a Deo voceris, utrum hæc ea sit conditio, quam ille nobis indiguit, ut eidem inservientes salutem nostram operemur; utrum nobis proprie, & necessarie insint qualitates, ut illius onera sustineamus, ejusque munera amplectamur. *Idem.*

Si christiana pietatis est Deum invocare, ejusque implorare subsidium rebus in omnibus, ne quid contra illius voluntatem fiat, quanto hoc potiori jure faciendum est, cum amplectendus est status pro toto vitæ spatio, præsertim vero status periculis, penis, curisque repletus; ac toto calamitatis obnoxius, quæ sit status conjugii? Attamen o deplorabilem cecitatem? qui in minoribus periculis divinam opem expectant, ubi conjugium ingressi sunt Deum ne invocant quidem, quamquam quotidie videant quot mortalibus status hic sit finestas curarum, malorum, crudeliumque sollicitudinum fons. Heu! quot calamitatus causa sunt ipsa etiam conjugia, que felicissima videntur? modo pro eorum curarum magnitudine, que suscipienda sunt, ut familia nimium frequens alacritate modo pro lite aliqua, qui parentum erat delicia, modo pro lite aliqua, vel negotio cuius ambigunt ex exitus, modo pro suspitionibus, & zelotypia, quam verbum tenere propter accendit in viri, ut uxorem animo, & que in rerum omnium affluentia omnem vitam tranquillitatem perturbat. Hæc omnia proculdubio mirentur, ut illis cogitatio impendatur, & confugiatur ad Deum, pro negotio, quod adeo molles evitent potest habere. *Idem.*

Ad amicitiam, concordiam, & unionem inter virum, uxoremque fovendam quam maxime profecti conjugii munera, & onera partiri; & quomodo vita nostra in publica, & domestica negotia dispiciatur, uxoris interest postrema hæc sibi vindicare, ea vero que diffucilia, majorique momenti sunt, viro integra referre. Ad uxorem non pertinet, S. Chrysostomus hoc in argumento inquit, publicis vel belli, vel pacis immittere negotiis, rei familiaris, negotiorumque domesticorum cura illam magis decet, quam publicis rebus vacare. Providentia effectus est, Pater idem ait, quod homines, qui maximis negotiis pares sunt, minus sint inimici, que nihilominus pretermittit non possunt; ac gratias habeant mulieribus ob curam, quam gerunt de illis: homines enim illa contemperant, quam gerunt habere auxilium, ac illa facile præterire possent; altera vero ex parte mulieres, que sapienter ingenio superbe sunt, ac imperiose, insolentia intumescerent, si magnis negotiis admoveerentur. Quomobrem Deus conjugii onera, & officia dividit, ne mulierum conditio contemptibilis fieret propter infirmitatem, & ut hac divisione inter conjuges firmaretur concordia, cogitantes, alterum vicissim alterius auxilium indigere. *Idem.*

In plerisque conjugis non invocatur Deus; metuitur immo etiam, ne hic eorum regat articules; finis illius propositus non virtus, non fides est, sed vel voluptas, vel bonum aliquod temporale; artes vero que adhibentur, sunt dolus, atque mendacium; nulla amplius sinceritas est, plurima autem dissimulatio. Augentur bona, ac alienum minuitur; argumentum commo-datæ acceptum, tanquam proprium exponitur palam;

genus jactatur, ac plurima fervorum cetera oculorum acies perstringitur, ac pro veris ea, que commentitia sunt, venduntur. Adhibetur amici, qui per assentationem loquuntur, aut per occasionem, male fidei interpretes; quod autem maxime defendendum est, hujusmodi negotii sæpe Sanctuarii Missis præficiuntur, quibus ea una esse deberet cura, ut ministris sui dignitatem tuerentur. Hinc ea mala, que in plerisque familiis effusa videntur, frigus, tædia, contemptus, lites, divortia. Nullum invenitur finem oratio, si omnia singillatim persequi vellem: dicere satis sit, horum malorum causam hæc esse, quod Deus hunc non suavit conjugia, & finis, artes, & intentiones iniquamque fuerit conformes regulis, quas ille ad matrimonii felicitatem constituit. *Altitus Christianus in S. Anna Panegyrico.*

Morum similitudo præcipua est conditio; quam Deus ipse Genes. 2. In conjugio voluit fatuere: *Faciatis enim adiutorium sibi sibi;* que quidem omnibus in conjugis adesse deberet, sed que hodie maxime omnium negligitur cum ambitio, vel avaritia ut plurimum de hoc Sacramento decernat. Ne queritur quidem cuiusnam ingenii sit ille, qui sese offert utrum viuis distat, an virtute præditus sit: hoc primum queritur, utrum locuples sit, utrum aliquam obtineat dignitatem, utrum uberes habeat agros, & aliquam spectet hereditatem; minima enim etiam fortuna momenta ad examen vocantur. Sed ubi virtuti tantum & præclare animi dotes nitent, hic præteritur; connubium tanquam negotio inter personam, ac personam tractatur; qui plura habet bona, illi, qui melior est, antefertur: nihil intentatum relinquatur, ubi temporalis spectatur utilitas, & nullo in discrimine habeat bonum, pravumque ingenium, utrum, & vitium, prudens, ac impudens agendi ratio illius, cum quo conjugium contrahitur. Hæc unice spectatur, ut opes augerentur, neque metuitur, ne calamitas ingruat, ubi felicitas non aliud habitura solatium est, quam proter mortem. Inde tot mala proficiscuntur, ac ideo reperitur infernus, ubi parvus sperabat Paradisus. Vir uxorem non diligit; uxor virum odit; alter in immodicos sumptus se tradit, altera in voluptates; domus hæc jam misera est, atque inordinata; quemadmodum mundi spiritus nescit conjugia; ita spiritus idem ea turbat, ac perdit. *Sermo manuscriptus cuius Autor Elechier prohibetur.*

Mulier adstricta conjugio, quod sola præterit cupiditas consociavit, & que meliori nupta viro transeat a viro nequam, quillam duxisset vitam, sed que in reliquum vite ipsam se videt alligatam viro diffidit, moroso, aspero, cuius tamen ingenium ferre, defectus pati, odia, feroces, insanias dissimulare debet, quin in eas res, ac divortia erumpat, que semper cum scandalo conjuncta sunt; quantum huic mulieri ferendum est? quot non ferendas crucis domi sue invenit? Sed quot merita pro celesti gloria potest acquirere illas patienter ferens, zelotypi viri rationem habens, quotidie sustinens ingenii vani, ac imperiosum impotentiam, sufficiens, dissimulans, oblivioni tradens omnia, & cor suum clanculum coram Deo estudens, in quo uno solatium potest invenire? *Pater Cheminalis.*

Quam hodie ille juvenis est, qui uxorem ducturus scire querat quenam sit mulier, quam accepturus est, quomodo instituta, utrum probis moribus sit, & irreprehensibili vita. Omnes illius cure illud tandem redeunt, ut sciat, quantum bonorum habeat, quantum agrorum, quantum mobilium; emere videtur uxorem, & sepe etiam conjugium contractus nomine appellatur, & plures audio hodierna die dicentes, talis cum tali contraxit, inuenies, eam in uxorem duxisse; hoc pacto Dei donum dedecoratur, atque Sacramentum adeo Sanctum tanquam negotio quadam putatur, vel emptio, atque venditio. In hujusmodi etiam contractibus, quilibet sibi diligentissime caveat opus est, quia in his potissimum fallere queritur. Er profecto conjugium negotium est, in quo falli non est difficile, & in quo non alius propositus finis esse videtur, quam sese vicissim decipiendi non in eis tantum, que ad fortune pertinent bona, sed in corporis quoque, animique defectibus, qui post conjugium deteguntur; & qui efficiunt, ut plurimum de illa affectione deperat, quæ alter alterum antea præcipuabat. *Autior Anonymus.*

Namquid vir statim cum uxore sua divortium facere medietur propter aliquam illius imperfectionem? Adlaboret immo potius, ut leniter illam corrigat, ut pravum illius ingenium castiget; & licet in irritum cederent conatus omnes, nec crederet ideo sibi licere illam relinquere, quia assentiri nequit, ut crux, vel

Conjugia hodie non nisi ex cupiditate aliqua fiunt.

Quid uxor bona parti debeat a viro nequam.

Qui per aversionem conjugium licet sepe vicissim falluntur.

Conjuges multo defectus suos ferre debent.





neque ultro citroque sese pati & qui quin sibi bellum indicant, pacem servare non possunt.

Quam v. mentis in concupio zelotypia.

Zelotypia magis metuenda, quam fames est, quam morbi, quam febris, & igitur. Qui illam experti sunt, de eodem satis digne verba facere possunt.

Manifestum periculum concupiscentie oculi, & pravi eorum effectus.

Si ad examen vocentur circumstantie, & qualitates nuptiarum mundi, nihil occurret ex iis, que constanti characterem nuptiarum Sanctarum Filii Dei cum Ecclesia. Diceret e contra affinitates, que per magnum hoc Sacramentum nequuntur, hodierna die contractus esse, ubi ultro citroque conjuges emantur, & vaneunt.

Immo in contractibus nuptialibus magis cavendum, quam in ceteris est. Quemadmodum circumstantia nuptiarum profusis oppolita sunt illi affinitatis Divini Verbi cum Ecclesia; ita fructus, qui inde exsultant longe differunt; quippe inde orti filii vulgo inordinati sunt, corrupti, nequam. Sese impendere humana societatis nexibus, cum plurimis defectibus; res adeo communis est, & cuius effecta adeo parum reformidantur, ut omnes fere huic generi tentationis succumbant. Concede, queso Domine Deus, ut adeo bene periculosos hujusmodi affinitatum tentamus effectus, ut defectus earum evitare valeamus. Si intra me agi quodammodo sensero, ut propositis mihi nuptias eligam, ac videro me ibi salutem meam commode consulurum: illas amplectar. Verum si prenoscis, Domine, salutem meam ibi periclitari, virom sua lenitate, ac vite sanctimonia nihil ad conjugis sue sanctificationem conferre, nihilque uxorem modelia, & pietate sua ad sanctificationem viri sui: largire nobis hanc gratiam ut hanc perturbes affinitatem. Quid enim hinc temporibus videtur in Communiis, que sine vocatione junguntur, nisi turbæ, fautores, injurie, omni generum mala, divortia, secessiones, que ingenti cum mortalium scandalo dividunt, quod Matrimonium sancte conjunxerat? Ex libro, cui titulus: Modus recitandi Oratorem Dominicam.

MENDACIUM,

Duplicitas, Calliditas, bona Fides, Sinceritas, Christiana simplicitas.

MONITUM.



In Concione de fidelitate, & bona fide, qua cum hominibus agendum est, necessario omnes hi rituli sunt attingendi, ita ut quacumque ex parte hoc argumentum spectetur, seu contra duplicitatem, & neque mendacium invehatur Orator, sive ad sinceritatem, rectitudinemque coherere, verborum discrimen ordinem quidem, non autem materiam & sermone argumentum immutet juxta canonem illum, quem vocis attulimus, non posse aliquid efficiatur ad virtutis exercitacionem impelli, nisi ab oppositi vizio deterreatur.

Hinc nihilominus argumento id inest peculiare, quod virtus, oppositumque vitium facile dividi possent, ac seorsim pertractari, atque sermo intra hoc cancellis coerceri, exempli gratia, ut ab usu ad mendacium averteretur, vel ne ad bonam fidem rebus in omnibus servandum excitetur Auditor. Assumens, licet hoc argumenta simul invicem quodam veluti vinculo nexa coherant, integrum mihi esse vixi sum, de illi sub uno titulo pertractare; operosum enim esset multum copia suggerere, qua alterutrius argumento ita esset accommodata, ut nullo pacto alteri conveniret. Faciendum est tamen hoc ipsum cum aliis pluribus, de quibus egimus, nexum quendam habere, veluti cum hypocrisis, qua simulatio est, ac species mendacii; cum adulatione, qua fallit, & seductio; cum prodicione, & perfidia, quas alii titulis adjectimus; de quibus pauca tantum, obiterque in presentia attingemus. Ceterum argumentum hoc quocumque veritate, magnam exigat morum enumerationem, quoniam, officii omnia, omniaque negotia respicit: praterquamquod magna rerum, instructionum, & characterum varietas exigit, ut necesse vix rationem quocumque in statu, & conditione amplectatur.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex concionum hujus argumenti Structura.

I.

Inceritati, bonaque fidei civilis societas innititur; omne commercium incumbit; ac per eam inter homines pax, & concordia fovetur. Nullum ergo utilius, & in quo mortalium omnium res agatur, argumentum pertractandum assumere possum, quam sinceritate, bonaque fide, qua omnibus in rebus agendum est, sermone innititur. Verum quemadmodum ubi de re agitur privata morales fere nullo habent in discrimine sanctissimas, sacratissimamque leges, ad sinceritatem, bonamque fidem servandam, nulla ac melius excitare vos posse credidi, quam si vobis meridianam lucem clarior probavero: 1. Spiritui Dei, & Christiane religionis nihil magis adversari, quam spiritum mendacii, versutiae, & calliditatis. 2. Nihil hoc magis contrarium esse humane, & civili societati, quoniam hac est omnium turbatum, & dissensum, que ibi accidit, causa. 3. Nulla re majorem mentis, & cordis corruptionem indigitari, quam habitu mentendi, atque in omnibus, que aguntur negotiis, dolum, atque assum adhibendi. Hac est totius concionis ratio.

1. Nihil magis adversari spiritui Dei, & Christiane religionis, quam mendacium, dolum, & sinceritatis defectus: quis enim nescit, Deum eandem esse veritatem, & equitatem, ac immutabilem rectitudinem: illum in promissionibus suis fidelem esse, inquit Apo-

stolus; & totum Caeli ordinem, totamque rerum naturam potius defecturam, quam vel unum jura ex lege, quam tradidit, & ex verbo illius interiret. Dolum ergo, & simulatio nature, ac maxime essentialibus dotibus ejus adversatur. Quamobrem quantum diligit veritatem, justitiam, fidelitatem, bonamque fidem, tantum odit mendacium, assum, atque versutiam. Hoc ille passim in Scripturis testatur, & nullum peccatum est, quod se magis perhorrescere ostendat, vel in quod majori animadvertat severitate, quia nullum est: a quo majori afficiatur contumelia. Que cum meridiana luce clara sint, dici ne potest Dei spiritus hodierna die super terram, atque inter homines permanere, ubi palam grassatur inhelitas, versutia; & adeo modicum bona fidei in commerciis, justitia, omnibusque conditionibus vite deducuntur? 2. Neque minus liquido constat nihil humane societatis magis oppositum, ideoque perniciosius esse; si enim illam fidelitas, & recta fides fovit, & alit, quinam dubio locus esse potest, quomodo calliditas, mendacium, fideique defectus sint ejusdem sanctissimum scopulus, ac interitus? Possuntne familiae concordiam, & pacem forevere, que inter fratres, & consanguineos requiritur, si vicissim in mutua vixerint dissidentia? Subsisterne possunt civitates, que quilibet accolam suum fallere conatur, ac per fraudem, ac vim bonis ejusdem potiri? Quid de publica fiet

securitate, cum quilibet in id unum vacabit, quomodo os subliniat, ac in errorem impellat hic quidem socium, ille adversarium, alius competitorum? Quilibet ars, ac vite conditio non aliud effert ultra quam latrocinium, & universa terra non aliud quam acies; ubi homines sibi mutuo digladiarentur, ac nullam ultro citroque sibi fidem haberent. E contra vero si bona fides, sinceritas, ac fidelitas ibi regnaret, mundus ergi, tranquillaque pace periretetur. Quapropter lex Evangelica, que uni innititur charitati, fidelibus commendat praeferit, & etiam atque etiam commendat simplicitatem, & sinceritatem tanquam tutiorem unionis, que inter fideles omnes esse debet, tuende rationem. 3. Si mendacium, alius, & fidei defectus civili societati tantam afferunt perniciem, tertio loco addi posse mihi videtur; eos, qui praefer ingenium in hujusmodi vitia proclives, longa fallendi consuetudine jusmodi contraxerant habitum, homines esse non solum contra naturam, cum quibus nulla est incedenda verum cessitudo, ubi hujus farinae esse agnoscatur; verum etiam cor atque corruptum habere, ac spiritum, & quantum hic dolis, diaboliceque abundat inventis, tantum illis esse quibuscumque sceleribus paratum ita ut homo versutus, dolosus, callidus nequeat non esse nefarius; quia juxta S. Gregorium, non solum quodlibet mendacium, & quilibet frans est iniquitas, verum etiam quodlibet peccatum, & quilibet iniquitas species est fraudis, atque mendacii, & quemadmodum alterum sine altero esse non potest, homo sine fide, est etiam sine conscientia, in omnia scelera pronus, quia rebus in omnibus fallere novit. Hic de causa S. Augustinus versutus, improbeque fidei homines filios, & servos appellat Daemonis, qui est pater mendacii; & contra vero illi, quibus rectum est cor, in Scripturis vocantur Dei Filii, qui sancto ejusdem spiritu aguntur.

II.

1. Frus, mendacium, versutia, & duplicitas indignae sunt honesto viro, cujus verus character est sinceritas, fidelitas, & bona fides. 2. Hac eadem vitia non minus homine Christiano indigna sunt, quae palam ad veritatem simpliciter, sinceritatem, rectaque fidei, que tantopere in Evangelio commendatur, & quam Christiana religio peculiariter profertur.

III.

1. In quo constat sinceritas, atque simplicitas Christiana, que aequae dilata falsa prudentia mundana, & a crassa rusticitate hominum, nullo preditorum ingenio, nullaque institutione exultorum. 2. Simplicitas hac tantum Deo accepta est, quantum ille mendacium, duplicitatem, & versutum perhorrescit.

IV.

1. Nunquam nos vel a Deo, vel ab hominibus tutiores esse, quam cum rebus in omnibus sine dolo, & simulatione agimus. 2. E contra vero omnia nobis & a Deo, & ab hominibus metuenda, quam utimur alio, mendacio, versutia; tandem enim veritas aperitur, & prava fide detecta, Dei, hominumque odio, & ultioni sumus obnoxii.

V.

1. Cordis rectitudo, & sinceritas virtus est, quam prae ceteris homines diligunt; atamen prae ceteris infrequentior est, & hodierna die in omnibus vite statibus, ac negotiis, necnon erga hominum genus rarissima. Totus mundus in maligno positus est; 1. Jo. 5. 2. Duplicitas, simulatio, & doli vitia sunt, que maxima pariunt detrimenta; nihilominus illa elugere non conamur, quia amor proprius, ac utilitas nostra sese illis accommodant.

VI.

1. Vehementer errant, qui christianam sinceritatem, & simplicitatem pro stupiditate, ac defectu mentis interpretantur. 2. At vehementius adhuc errant cum versutiam ac dolum veram prudentiam putant.

VII.

Cur Deus a Christianis petat priorum sinceritatem, atque simplicitatem. 1. Quia aptissima, vel dicam melius, unica tuenda innocentia, evitandique peccati, ratio est semper agere secundum conscientiam, & cum rectitudine cordis, quam nulla cupiditas, ac nulla cogitatio detorqueat potest. 2. Quia hac dispositio est maxime opportuna ad virtutes omnes acquirendas, & exercendas. 3. Hac melior, & facilior via est omnia munera sua obeundi, Deoque fidem servandi.

VIII.

1. Mortalium omnium interest odissimum mendacium, & calliditatem; hac enim malorum omnium est causa, que accidentur, & hodie in terris accidit. 2. Difficultas ab alienis dolis cavendi, & dolor, quo ex fraudibus, pravaque aliorum fide conficimur, causa esse debent, ne quempiam fallamus.

IX.

1. Qui dolo, ac versutus utitur, ut proximum fallat, se ipsum primum omnium fallit, & in se ipsum operatur. 2. Non potest fallere Deum, qui pravam illius intentionem videt; omneque cordis situs servat.

tur. 3. Illius artes, ac doli tandem aperiantur, & longe majus auctori afferunt damnum, quam fructum afferre potuissent, etiam si sententia cessisset, quia hoc pacto exillationem, amicitiam, & omnium confidentiam amittit.

X.

1. Mendacia, doli, & mala fides, que adhibentur, ut negotium aliquod ex voto cedat, efficiunt, ut Dei gratiam, & amicitiam amittamus peccatis, que per eadem committimus. 2. Efficiunt ut amittamus exultationem, nominis famam, & hominum amorem, quibus inter naturalia bona nulla pretiosa magis habentur. 3. Efficiunt, ut amittamus pacem, & quietem propter mutum, ne prava consilia nostra aperiantur, & propter dolorem, quo efficiunt, cum re ipsa aperiantur.

XI.

1. Injuria, que fit Deo, qui supra veritas est, & qui per mendacium dedecore afficitur. 2. Injuria, & detrimentum, quod proximo adferunt illum decipiendum, simulque justitiam, & charitatem violando. 3. Injuria, que sibi metipsum infertur, conscientiam suam operando ea noxa, que non ita facile reparatur, & ut loquitur Sapiens capite 1. Oz, quod mensuratur, occidit animam.

XII.

1. Nulla ratio, nulla utilitas, nulla consideratio excusare potest mendacium, calliditatem, & malam fidem. 2. Omnia ad illa evertenda conjurant, divina, humaneque leges, que severissimas penas deposcunt. 3. Illa non Deus, non homines pati possunt; atque tunc etiam cum nobis utilia sunt, conscientia nostra illa differtur.

XIII.

1. Sinceritas, rectitudo, & bona fides Dei cor nobis delinunt. 2. Hominumque tamorem nobis promerentur. Dilectus Dei, & hominibus. Eccl. 45.

XIV.

1. Uti fraude, versutia, & simulatione, est habere spiritum mundi, & sequi dogmata illius, que ad damnationem inducunt. 2. Semper agere cum bona fide, & rectitudine, est agere per spiritum Jesu Christi, & secundum Evangelii praecepta.

XV.

1. Major nobis cura, & vigilantia adhibenda est, quem unquam fallamus, quam ne ab aliis decipi finamur, quia majus nobis hic, quam illic periculum instat. 2. Bona fide rebus in omnibus, & cum omnibus agere debemus: hoc apertius est indicium, quod praebare valeamus fidelitatis, atque rectitudinis, qua Deus queritur, & que efficit, ut ille inveniat, ei que sumus accepti.

PARAGRAPHUS ALTER.

Fones, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propositas Concionum Structuras extornandas.

S. Anctus Augustinus duos edidit libro de mendacio, ubi egregie hoc tractat argumentum. Adem de re eadem loquitur etiam in Enchiridio cap. 18. & 22.

Idem in Psalmum quintum explicans illa Prophetæ verba: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium, docet, veritatem tacere non semper esse mentiri, & mendacium semper esse peccatum.

Idem libro Questionum in Gen. q. 26. ostendit S. Patriarcham Abraham non esse mentitum, cum Saram forem suam dixit. Idem lib. 14. de Civitate Dei ostendit Demonem esse mendacii Patrem, auctoremque, & hoc ipsum docet Eccl. 45. in S. Joannem.

Idem sermone 52. docet illum amare, & querere mendacium, qui in rebus terrenis suam constituit felicitatem.

S. Gregorius lib. 8. Moral. cap. 38. Egregiam habet descriptionem Christiane simplicitatis, quem sapientiam appellat.

Idem lib. 4. Regum. explicat quomodo simplicitas comens accedere debeat prudentia.

Idem in Psalm. 4. Penit. explicat quid sit cordis rectitudo, & simplicitas.

Idem lib. 18. Moral. hac explicans verba Job e. 27. Donec superest halitus in me, non loquarur iniqua mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium, prolixum habet de mendacio sermonem.

Idem lib. 6. Reg. loquitur de diffimulatione, & quomam in casu liceat diffimulare.

Idem in Ps. 5. Penit. ostendit bona rectitudinis, & simplicitatis.

Idem lib. 4. Epist. Epist. 32. simplicitatis condiciones exponit.

Idem lib. 5. in Job describit characterem hominis duplicis, & diffimulati; & idipsum fere aliis vocibus inquit lib. 26.

Idem

E